

Band III., Nr. 681, Seite 161-162

*Bischof Konrad von Konstanz bestätigt den durch Herrn Albert von
Rothenburg zu Stande gebrachten Vergleich zwischen dem Kloster
Kreuzlingen und den Erben eines verstorbenen Hermann wegen einer Hufe
im Neckargau. Arbon*

Kreuzlingen, 1225.

C. dei gratia Constantiensis ecclesie episcopus, huius nominis secundus, omnibus tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis in vero salutari salutem. Notificamus universis in omni evo, quod inter ecclesiam Crucilinensem in suburbio Constantiensi, ex una parte, et Albradam Hermanni viduam, ex altera parte, lis quondam vertebatur super quodam manso in Nechirgö¹, pertinente ad ecclesiam Crucilinensem, quem mansum, licet predictus H. tenuerit ad censum quatuor solidorum annuatim ab abbate Crucilinense in beneficio sub tali pacto, ut nullus puerorum, si quem forte generaturus esset, vel aliquis nepotum eius debeat post mortem eius ipsum de aliquo iure contingere mansum, tamen post mortem eius ex tali predicta possessione beneficii sumpsit vidua Albrada sine iure occasionem litigandi, ipsaque defuncta eandem litem contra ecclesiam prefatam intravit filia eius Göta, ex altero viro Cönrado cognomine Stolze genita, sororque ipsius Albrade, Adilhadis, Kadil dicta, et filius ipsius Adilhadis Fridericus, cognomine Uesare, nichilominus ex litigio Albrade prefate sumentes sine omni iure occasionem, contra prefatam ecclesiam super eodem manso litigaverunt. Tandem nobili viro, domino Alberto de Rotinburc, quondam comitis Burchardi filio mediante, taliter lis fuit sopita, quod litigantes contra ecclesiam sepe dictam de manso iam dicto receperunt ab abbate Crucilinensi, Theoderico, XXX^a solidos, aliaque dampna plurima, que ab eis ecclesia eadem passa fuit in rapinis et aliis modis, ipsis fuerunt indulta; et sic cesserunt liti, et abrenuntiaverunt

¹Es ist nach der unter der nachfolgenden Bestätigungsurkunde beigetzten Bemerkung die Neckarburg darunter zu verstehen. Doch liegt die Richtigkeit der Aufschrift von neuerer Hand: Neckarburg, doch ziemlichen Bedenken, zumal da Kreuzlingen in der Rottweiler Gegend sonst nicht begütert war und auch die Zeugen der S. 160 mehr auf die Rottenburg-Wurmlinger Gegend hinweisen. Letzterer dürfte daher wohl auch dieser Neckargau als eine Lokalbenennung sein; in einer Kreuzlinger Urkunde von 1273 (Schmid, Monumenta Hohenbergica pag. 43) kommt ein fundus qui Ranal nuncupatur prooe Winolfshain (d.h. das an Wurmlingen angrenzende Wendelsheim) vor, hinten steht von vielleicht gleich alter hand die Aufschrift: „pro Randal in Nekergo de Wurmling“ und noch heutzutage kommt nördlich von Wendelsheim gegen Oberndorf und Pfäffingen der Name Randelrain vor.

II

erga ecclesiam iam dictam et erga camerarium eius Sigefridum, qui vicem ecclesie in compositione gerebat, omni iuri, si quod eis posset vel crederetur competere. Sicque statuit prefatus vir nobilis de Rotinburc, ecclesiam eandem, sicut et semper possedit mansum ipsum, licet litigiose, ita ammodo quieta gaudere possessione et dominio. Partes vero supradicte taliter inter se concordate supplicabant nobis, quatenus predicta compositio robur a nobis acciperet, unde et nos per scripturam hanc in perpetuum compositionem roboravimus cum sigilli nostri appositione.

 Actum publice^a in claustrum Crucilinensi^b, anno incarnati verbi M^o. CC^o. XX^o. V^o., indictione XIII., concurrentibus II., epacta IX., presidente papa Honorio III., anno pontificatus eius X., regnante Friderico Romanorum imperatore et semper augusto, rege Sicilie, filio quoque eius Heinrico regnante, consecrationis imperatoris anno V^o., anno pontificatus nostri XVI., ordinatis in ecclesia nostra: Hainrico de Thanne preposito, Wernhero de Arbun decano, Vlrico de Tegervelt thesaurario, Waltero de Rotinlaim scolastico. Testes sunt hii canonici nostre ecclesie: decanus supradictus, Vlricus custos, Walterus scolasticus supradicti, Lutoldus de Rotinlaim, Hainricus de Raprehteswila, Eberhardus regalis Augie² decanus, Cöno decanus de Haginov^Ve, Burchardus plebanus de Stetin³, Vlricus miles de Nidirndorf⁴, Bertoldus decanus de Suuaningin⁵ et alii quam plures.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An weiß-blauer Schnur (die weißen Schnüre scheinen aus Seide, die blauen aus Hanf) hängt, in ein Leinensäckchen eingenäht, dem Anfühlen nach gut erhalten, ein länglich rundes Siegel an. Dorsualvermerk von neuer Hand: „*Vertrag Wegen ainess aussgelichenen Hauss zue Neckherburg Anno 1225.*“

^aHier schließt die Zeile. Die nächstfolgenden Zeilen sind von etwas anderer, doch gleich alter Hand, auch die Tinte ist etwas verschieden.

^bOder *crucilingen*, im Original *crucilin* mit Abkürzungsstrich über dem *n*.

²Reichenau, KN.

³Stetten, Zimmern ob Rottweil, RW ?

⁴Schwerlich Niederdorf, Goßau, Kt. St. Gallen; es scheint eher ein abgegangener Ort.

⁵Schwenningen, Villingen-Schwenningen, VS ?

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

StA Thurgau

Signatur/Titel des Originals:

7'32 (Kreuzlingen, Stiftsarchiv) (Lade 3, Nr. 4f)

Editionen:

Neugart: Episcopatus Constantiensis, Bd. 1 b, S. 618, Nr. 29.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Kreuzlingen

Aussteller:

Konrad II.; Bischof von Konstanz (1209-1233)

Ortsindex:

Alttann Wohnplatz (20601)
 Alttann, Wolfegg, RV
 Arbon, Kt. Thurgau, Schweiz
 Hagnau am Bodensee Wohnplatz (17923)
 Hagnau am Bodensee, FN
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Kreuzlingen, Kt. Thurgau, Schweiz
 Neckarburg Wohnplatz (12408)
 Neckarburg, Rottweil, RW
 Neckar-gau
 Niederdorf (Regierungsbezirk)
 Niederdorf, Gofau, Kt. St. Gallen, Schweiz
 Rappertsweiler Wohnplatz (18353)
 Rappertsweiler, Tettngang, FN
 Reichenau Wohnplatz (14588)
 Reichenau, KN
 Rothenburg ob der Tauber, AN
 Rötteln, Lörrach, LÖ, A
 Schwenningen Wohnplatz (13970)
 Schwenningen, Villingen-Schwenningen, VS
 Sizilien, Italien
 Stetten Wohnplatz (12785)
 Stetten, Zimmern ob Rottweil, RW
 Tegerfelden, Zurzach, Kt. Aargau, Schweiz
 Wendelsheim Wohnplatz (16192)
 Wendelsheim, Rottenburg am Neckar, TÜR